

VI. Item DAMASUS Papa I. Stephano Archiepiscopo, Epist. 3. c. 2. [an. 402. Roma in Africam.]

De eodem.

Discutere P Episcopos, & summas Ecclesiasticorum negotiorum causas, Metropolitanam una cum omnibus suis Comprovincialibus (ita ut nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negotiis) licet: sed diffinire eorum, atque Ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel dammare Episcopos abque hujus sancte Sedis autoritate minime licet: quam omnes appellare, si necesse fuerit, & ejus fulciri auxilio oportet.

Caput hoc in aliquot vetustis exemplaribus non habetur, neque in ipsum adest Glossa.

VII. Item ELEUTHERIUS Papa scribens ad Gallie provincias, c. 2. [an. 185. Roma in Galliam.]

Comprovinciales, & Metropolitanam Episcoporum causam audire, sed diffinire non possunt.

Quamvis licet apud Comprovinciales, & Metropolitanos, atque Primates Episcoporum ventilare accusationes, & criminationes; non tamen licet diffinire sine hujus sancte Sedis autoritate, sicut ab Apostolis, eorumque Successoribus multorum contentu Episcoporum iam diffinitum est. Nec in eorum Ecclesiis alii aut preponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum iuste terminentur negotia. Reliquorum vero Clericorum causas apud Provinciales, & Metropolitanos, ac Primates, & ventilare, & iuste finire licet.

Corr. Rom. a Diffinire. In Epistola ipsa sequitur, secus quam praedictum est: reliquorum vero, &c. Superius vero haec praedicta fuerant, finita Episcoporum tantum iudicia huc deferantur, ut hujus sancte Sedis autoritate sentiantur, sicut ab Apostolis, &c. usque ad verbum, Reliquorum.

VIII. Item LEO I. Episcopus urbis Romae Anatasio Episcopo Thessalonicensi, Epist. 82. al. 84. c. 1. [an. 445. Roma in Macedonia.]

Ante Apostolicam censuram in causis Episcoporum non est diffinitiva ferenda sententia.

Multum tupeo, frater charissime, sed & plurimum doleo, quod in eum, de quo nihil amplius iudicaveras, quam quod evocatus adesse differret, & excusationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter, & tam vehementer potueris commoveri; praesertim cum tibi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua consulta rescriberem. Sed etiam quid grave, intolerandumque gessisset, nostra expectanda erat censura, ut nihil prius ipse decerneres, quam quid nobis placeret, agnosceres. Vices enim nostras ita tuae credidimus Charitati, ut in partem his vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde, sicut multum nos ea, quae a te pie sunt curata, laetificavit, ita nimirum ea, quae perperam sunt gesta, contristavit.

Nimirum. 2. V. C. nimirum.

IX. Item JULIUS Papa I. Orientalibus Episcopis, Epist. 1. [an. 337. Roma in Orientem.]

Prater sententiam Romani Pontificis, nec Concilia celebrari, nec Episcopos damnari oportet.

Udum a Sanctis Apostolis, Successoribusque eorum in antiquis decretum fuerat Statutum, quae hactenus sancta & universalis Apostolica tenet Ecclesia, non oportere praeter sententiam Romani Pontificis Concilia celebrari, nec Episcopos damnari, quoniam sanctam Romanam Ecclesiam primatem omnium Ecclesiarum esse voluerunt: Et sicut Beatus Petrus Apostolus primus fuit omnium Apostolorum; ita & haec Ecclesia suo nomine consecrata (Domino instituyente) prima, & caput sit ceterarum; & ad eam, quasi ad matrem, atque apicem omnes majores Ecclesiae causae, & iudicia Episcoporum recurrant, & iuxta ejus sententiam terminum lumant: nec extra Romanum quidquam ex his debere decerni Pontificem.

PITH. Dudum. Meminit Socrates lib. 2. c. 5. 11. 13. & Sozomen. lib. 2. c. 9.

GRATIAN. Aliquando inconsulto Romano Pontifice plerique Episcoporum damnati inveniuntur, & alii in eorum locum subrogati, quorum damnationem, & subrogationem pro bono pacis ex dispensatione tolerasse legitur Ecclesia. Unde

X. JOANNES Papa Salomoni tertio & ultimo Regi Britonum. [Imo Nicolaus I. c. an. 866. Roma in Britanniam.]

Quorumdam Episcoporum depositionem extra conscientiam Romani Pontificis factam, pro pace toleravit Ecclesia.

Haec quippe est ordinatio Dei patris tui, & haec est lex Ecclesiae matris tuae, videlicet, ut omnes Episcopos regni tui ad Turonensem Archiepiscopum mittere non delectes, ipsiusque iudicium postulare non dedigneris. Ipse enim est Metropolitanus, & omnes Episcopi tui Regni, suffraganei ejus sunt: sicut conscriptiones Praedecessorum meorum evidenter ostendunt: qui Praedecessores tuos, quia illos

ab ipsius cura subtraxerant, forte invectione corrumpere studuerunt, quamvis nec nostra scripta super hac re missa deesse videantur. Cumque coram designato Turonica Ecclesiae Praefule, & integro numero Collegarum, id est, duodecim Episcoporum celebrato Conventu fuerint ejeti Episcopi regulariter examinati, apparueritque, quod canonice fuerint ejeti, ipsi in sua dejectione manentibus, qui in locis eorum consecrati sunt, poterunt utique Episcopatus honore potiri. Quod si Episcopi ejeti in locis fuerint declarati, his amotis, qui illis subrogati sunt, Ecclesias suas ipsi recipiant. Nam cum Antecessores mei Praefules ejectionem eorum Episcoporum, qui ab Ecclesiis suis expulsi sunt, nec admiserunt, nec approbaverunt; nec ipsos, qui eis subrogati post sunt, viventes illis, legitimos Episcopos dixerunt. Sanè, si ad Turonensem forte Archiepiscopum mittere praefatos Episcopos dedignaris, studeas duos Episcopos de expulsis, & duos de subrogatis una cum Ecclesiae tuae Legato ad Apostolicam B. Petri Sedem transmittere: ubi digna examinatione praemissa, qui legitimi Episcopi sunt, appareant, & suas Ecclesias irregulariter non amittant: Nihil enim quoad aliud in presenti negotio diffinire. Quia vero magna, quis sit Metropolitanus apud Britannos contentio est, licet nullius memoria teneat Britannos in vestra regione ullam habuisse Metropolitanam Ecclesiam; tamen si libet (postquam Deus omnipotens pacem inter vos, & dilectum filium nostrum Carolum Regem gloriosum constituerit) facile hoc poteritis advertere. Quod si adeo contentiosius creditis agere, ad nostrum Apostolatum destinare contendite; quatenus nostro libramine, quae fuerit apud vos antiquitus Archiepiscopalis Ecclesia, luce claris innovescat: & deinceps omni ambiguitate recia, quam se qui Episcopi vestri debeant, incunctanter agnoscant. Neque enim Ecclesiae Dei per discordias Regum, divisionis aliqua pati damna necesse est, cum (quantum ex se est) pacem, quam praedicant, fervare studeant invicem, & in omnes.

Corr. Rom. a Subrogati post sunt. Sic restitutum est ex aliquot vetustis & valde emendatis codicibus. Antea legebatur, Subrogari postunt.

PITH. Joannes. V. C. Nicolaus. Vide Matth. Paris. p. 266. Reginon. an. 866.

Britonum. V. C. Britonum.

Est ordinatio. V. C. sunt praecpta.

Forti. V. C. forti.

Potuerunt. V. C. poterunt.

Nullus. V. C. nullus.

Regem. Abest a V. C.

Constituerit. V. C. constituit.

Quam. V. C. quem.

GRATIAN. 3. Pars.

Et in Decretis Julii, c. 27. Cap. Hadriani, c. 58.

XI. FELIX Papa I. ad Paternum. [forte an. 270. Roma.]

Damnatio injusta irrita est, & a Synodo retractanda. Unde

Ritam esse censuram, & injustam Episcoporum damnationem, & idcirco a Synodo retractandam; ita ut oppressis ab omnibus, in cunctis subveniantur causis.

Corr. Rom. a Et injustam. Sic in originali, & antecedit vox, aliter: sed in Decretis Julii, & in Concilio Carthaginensi IV. (unde citatur infra XI. q. 3. c. irritam.) & in Capitulis Hadriani, & apud Anselmum est, irritam esse injustam Episcoporum damnationem, &c. quae lectio videtur magis convenire cum Rubrica hujus Capituli.

GRATIAN. 3. Pars.

Quod autem Metropolitanum suum contemnere, & aliorum iudicium alcuic experere non liceat, testatur dicens

XII. SIXTUS Papa III. in Epist. ad Orientales Episcopos, c. 3. [forte an. 440. Roma in Orientem.]

Peregrina iudicia sunt submovenda.

Peregrina iudicia (salva in omnibus Apostolica autoritate) generali sanctione prohibemus: quia indignum est, ut ab extraneis iudicentur, qui Comprovinciales, & a se electos debent habere iudices; nisi fuerit appellatum.

PITH. Sixtus Papa III. V. C. Fabianus. Sed est inter Decretales Sixti.

Salva in omn. Apoli. autor. Sic V. C. sed deest alibi. Comprovinciales. V. C. Provinciales.

XIII. Item ANACLETUS Papa, Epist. I. c. 3. [c. an. 102. Roma ad omnes Episcopos.]

De eodem. Leges Ecclesiae Apostolicae firmas autoritate, & peregrina iudicia submovemus. Unde & Dominus mentionem faciens Loth, per Moysen loquitur dicens: Ingressus es quidem (inquirit) ut advena, nunquid ut iudices?

XIV. Item INNOCENTIUS Papa I. ad Victricium Rotomagensis Episcopum, Epist. 2. c. 3. [an. 404. Roma in Galliam.]

I. SANCTA ROMANA SYNODUS. [forte an. 785. Roma.]

Infames, Judices esse non possunt.

Infamis persona, nec Procurator esse potest, nec Cognitor.

PITH. Infamis. I. infames, D. de postul.

TRIA sunt, quibus aliqui impediuntur, ut Judices non fiant. Natura, ut furdus & mutus, & qui perpetuo furiosus est, & impubes; quia iudicio caret. Leges, qui Senata amotus est. Moribus, femine, & servi: non quia non habeant iudicium, sed quia receptum est, ut civilibus officiis non fungantur.

Corr. Rom. Prior pars hujus Capituli usque ad verbum, cognitor, habetur in Epistola secunda Felicis I. in qua refert Synodus a se habitam: quod in principio Epistolae commemorat his verbis: Nos vero ad Supplementum vestrum Fratres, & Coscopos vestros vocavimus amplius quam septuaginta, cum quibus haec, quae subest habentur inserta, regulariter tractanda decrevimus. Eadem pars habetur in Capitulis Hadriani; quae (ut superius ead. q. 5. c. accusationes, adnotatum est) nomine Romanae Synodi interdum citantur. Reliqua vero hujus Capituli videntur esse Gratiani; sumpta tamen ferè ad verbum ex I. cum prator, vers. quidam enim, ff. de iudicis: quemadmodum & in sequenti Capite multa colliguntur ex variis Legibus Digestorum, & Codicis. Quamobrem in antiquioribus codicibus omnia haec usque ad c. qui sine peccato, conjuncte habentur.

GRATIAN. 3. Pars.

VERUMTAMEN, si Servus, dum putaretur liber, ex delegatione sententiam dixit; quamvis postea in Servitutem depulsi sit, sententia ab eo dicta, rei iudicatae firmitatem tenet.

GRATIAN. 3. Pars.

II. IN DIGESTIS, tit. de postulando. c. lib. 3. tit. 1. [c. an. Chr. 224. Roma.]

Infames non possunt esse Procuratores, vel Patroni causarum. Sunt autem tres ordines eorum, qui postulare prohibentur. §. 1. Est autem postulare, desiderium suum, verbis alio vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni praestit, modo aptatis, exponere, vel alterius desiderio contradicere.

§. 2. Nam, ut praemissimus, non Postulantium tres ordines sunt. Quidam prohibentur omnino postulare, vel propter artem, ut minores decem & septem annis, vel propter casum, ut furdus, qui prorsus non audit. Alii prohibentur, ne pro aliis postulent, vel propter sexum, ut feminae, vel propter casum, ut utroque lumine orbati; vel propter notam turpitudinis, ut ii, qui corpore suo muliebria passi sunt, nisi forte vi praedonum, vel hostium stuprati probentur. Similiter qui capitali crimine, vel calumniae causa publico iudicio sunt publici iudicij damnati, vel qui operas suas locaverunt, ut cum bestis depugnarent in arena, pro aliis postulare prohibentur. His cii.

§. 3. Permittitur autem eis postulare pro parente, pro patrono, patronave, liberis, parentibusque patroni, patronaque: pro liberis etiam suis, fratribus, & sororibus, uxore, locero, focru, genero, nuru, vitrico, noverca, privigno, privigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatua, muto, furdo, prodigo, & adolescente. §. 4. Item pro iis, quibus propter infirmitatem curatores dari solent, & qui negotiis suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt.

§. 5. Omnes autem, qui non sponte, sed necessario funguntur officio, sine offensa Edicti postulare possunt, etiam si sint, quibus non nisi pro se ipsis postulare permittitur. §. 6. Affinitates vero non eas accipere debemus, quae quondam fuerunt, sed praesentes.

§. 7. Nurus & generi appellatione, & foceri, & focris, & ulterioribus, quibus, pro, praeposito solet accedere, continentur. §. 8. Arcentur etiam a professione Advocatorum (sicut in 2. lib. Cod. tit. de postulando inveniuntur) qui sub nomine honorariorum ex ipsis negotiis, quae tendenda susceperint, emolumentum sibi certe partis, cum gravi damno litigatoris, & depraedatione postcentes, inveniuntur.

§. 9. Item si quis adeo procat fuerit, ut non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suae immunitatem patiat. §. 10. Praeterea non licet Advocato ululh contractum inire, ullam pactiōnem conferre cum eo litigatore, quem in propriam recepit fidem, nec ex industria jurgium protrahere. §. 11. Apud urbem Romam etiam Honoratus, qui hoc putaverint eligendum, eosque liceat orare, quousque maluerint, videlicet, ut non ad turpe compendium, sitimque deformem haec arripatur occasio. Nam si lucro pecuniarque capiantur, veluti degeneres inter vilissimos numerabuntur. §. 12. Si vero in uno Auditorio duo tantum praesertim fuerint, vel plures, quorum fama fit hilarior, in iudicantis officio sit, ut par Causidicorum distributio fiat, & exaequetur partibus auxilium singulorum. §. 13. Si quis vero monitus a Iudice, ea excusatione, quae nequeat comprobari, cuiusque parti patrocinium denegerit, ca-

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.

GRATIAN. 3. Pars.